

Incipe effice, perfice mi Jesu!

PRÆFATIO.

Memorabile est, quod B. Chemni-
tius in LL. Theol. p. m. 39. de Boëthio scribit.
Narrat, inquit incomparabilis ille Theo-
logus, Boethius, se, cum lecta esset epistola
Concilii Chalcedonensis, Christum esse
unam personam. Et in illa unâ persona duas tamen distin-
tas naturas, interrogasse, quid esset discrimen inter Na-
turam & Personam? Et omnes quidem clamassemus de perso-
na & naturis, neminem vero potuisse assignare quid esset
Personam. Et hâc occasione dicit Boethius, se investigâs-
se aliquam definitionem, quam suis verbis ita ponit lib. de
duabus nat. & una pers. in Christo c. 3. Persona est na-
tura rationabilis individua substantia. Quanquam
verò nos hodie, per DEI Gratiam, in Scholis sanorum Phi-
losophorum docti novimus, quid sit persona, quidvè di-
scriminis inter personam & naturam intercedat: iterum
tamen atq; iterum hæc cognitio est confirmanda, ne ex ho-
minis infirmitate amittamus id, quod multo labore acqui-
sivimus ante. Cumq; doctrina de Personâ non mediocri,
tum difficultati, tam adversariorum eandem corrumpe-
tum perversitati subjaceat: cautè undiq; vñq; est circum-
spiciendum, ne aut à rerum gravitate premamur, aut ab
a. Φιλοσοφίαν vñfricie seducamur. Interim qvò diffi-
cilius est πεσσωπογέα Φία eò tamen uberiori fructu suos beat
cultores. Ejusdem ut tūm nos, tūm alii participes redda-
mur, faxit unus in Essentia & Trinus in Personis clemen-
tissimus DEUS propter Christum!